Fragmentarium

plina migrareq; quo illud effectum ut crotonienſes ille
Matrone, huius ſanctiſſimis inſtitutis adducte; ueſtes au
ratas & alia indecora reiecerent: que eſſent illecebre & irri
tamenta libidinis. At uero inter illuſtria dicta ſua que
nullo numero capiuntur Hec duo maxime ſunt ad rem nr̃am
accomodata & memoratu digniſſima. Querenti .n. cuidam
& eo ſi ditari cuperet. Sane reſpondit contempnimus
opes conſequi Qua liberalitate fluunt aut parcitate mar
ceſcunt. & & aliud ſcite dictum arbitror cum in auarum
quemdam iurgio incaleſceret. Stulte inquit in te tue opes
elanguent & pereunt paupertatique ſunt ſimilime ut cum his
algens exuriente te uideas & ſiti confectum. De tale mile
ſio plurima locus hic optaret ut dicerem. S; multis unum
ſat erit optandum. Edocuit .n. philoſophos ditari poſſe ubi eẽt
illis paupertas exoſa. Argumento illa res est q cum uir doctiſſi
mus uera ſententia futuram olei caritudinem cognouiſſet
illius rei actione illa mercede dum taxat ad opes patefacere
feneſtram ingentem poterat ſi id animo concepiſſet. Sed
grauem altius ſpirabat ille diuicie atque contra olebat amo
mum paupertas. Neque mihi pythacus aſianus hoc loco prete
reundus est qui cum uirtute ſua mitelenenſibus decennium
impaſſet sua ſponte illo imperio ſe phyloſophus addicauit.
Habebat .n. aliud imperio carius: ocium .ſ. & mentem
curis ſolutam. Habere debemus Areophile maioribus nr̃is
gr̃as immortales: q hac ſua lautiſſima tenuitate uite

Tales mileſius

t diuitie

pythacuſ aſianuſ

License: public_domain – Göttingen, Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen, Cod. Ms. Morbio 1 b, 7r – Philippus Ariminensis, Symposium de paupertate (https://fragmentarium.ms/view/page/F-8l46/11343/82226)